

I. Est *Cohærentia textus indissolubilis*, liquidò ostendens verba hæc sequentia: Et hoc est nomen ejus: ad nullum aliud subiectum referri posse & debere, quàm ad antecedens illud: *Germen justum*: quod Dominus promittit excitare *Davidi*, quoque tota hæc Prophetia unicè pertinet ac respicit. Propositio enim est una copulativa, unde sensus non alius prodit, quàm hic: *Jehuda & Israel* vocabunt enim i.e. *Messiam*, justum illud *Germen Davidis* germinare hoc *Jehova justitia nostra*.

II. Si ad *Juda & Israel* textus ille referendus; Propheta utique non affixum singulare nomini יהוה addidisset: sed plurale יהוה hiatus orationis & ambiguitatis in re tanti momenti evitanda gratiâ.

III. Adde absurditatem, qui inde oritura, si *Jehuda & Israel* dicerentur, *JEHOVA justitia nostra*.

IV. Accedit allegatio *Paulina*, qua vaticinium illud directè ad Christum accommodatur *1. Cor. 1. vs. 30.*

V. Interpretationem nostram comprobant interpretes omnium celeberrimi lingvæque S. Sanctæ peritissimi, ut *1. v. rigar* interpres, qui ita vertit: *Et hoc est nomen, quo vocabunt eum, Jehova justus noster. 2. Paraphrastes Chaldæus. 3. Paulinus. 4. Galatinus l. 3. c. 9. 5. Munsterus. 6. LXX.* qui omnes יהוה Carah pluraliter legunt, ita ut ad DEUM Patrem referri nequeat.

VI. His calculum adjicit *Lutherus* in interpretatione Germanica.

Sed objiciunt יהוה quod *Jerem. 23. vs. 16.* (ubi eadem Prophetia iisdem ferè verbis repetitur) ad *fæmin. Hierosolyma* referatur: Sed committunt fallaciam parium, cum יהוה non sit *Accus. casus*, cum quo יהוה hic *Jerem. c. 23.* construitur: sed *Dativi*. Deinde hic *Jer. 23.* expressè habetur vocabulum יהוה nomen; *Jerem.* autem cap. 33. illud omittitur & tantùm pronomen ponitur יהוה . Unde sensus non alius, quàm hic: *Is i.e. Messias, germen illud Davidis, qui vocationem Hierosolymæ i.e. Ecclesiæ N. T. per prædicationem verbi fieri curavit, Jehova justitia nostra videlicet est per Ellipsin verbi substantiva Hebræum maximè familiarem.*

Expli-